

đum sit. Cum enim favor matrimonii adeò prægnans sit, ut etiam Matri filium ex adulterio conceptum esse di- centi, non credatur, per communem Dd. opinionem ad l. f. ff. de probat. qvia semper is filius legitimus dicitur, qvem nuptiæ demonstrant l. 6. ff. de bis qvi sui vel alien. l. 11. §. 9. ff. ad L. Jul. ~~et~~ adult. Ideò facile erit con- cludere, quantò potius Matri filium suum afferentí creda- tur. Tantum enim abest, ut non tantum suus præsuma- tur, ut potius sine ulla confessione, suus esse omnino cre- datur.

### §. XXII.

Simili modo si de errante qværatur, an is confessio- ne sua etiam sibi præjudicet? distingvendum est, hoc mo- do: Aut error committitur juris, aut facti? Juris error est vel juris naturæ & Gent. qvi neminem excusat l. 2. C. de in- jus voc. §. 1. Inst. de obl. qvæ ex delict. vid. Welenb. w. de Jur. & fact. ign. §. 4. In jure civili si error admissus sit, non pro- derit confitenti, præsertim in lucro captando, vid. l. 7. 9. ff. de Jur. & fact. ignor. nisi 1. in juribus difficilioribus & re- conditis, Berl. p. 2. Concl. 22. n. 4. 2. à personis, qvibus in jure connivetur, erratum fuerit, uti sunt Minores, Milites &c. d. l. 9. f. Cujac. ad L. 37. de Min. & Lib. 1. Obs. 39. Lib. 14. Obs. 33. Statutum autem ignorare, potius facti, qvam juris erit, ra- tio, qvia facti est, qvando à jure communi receditur, c. i. de constit. in b. Uno verbo: Ignorantia juris nocet qvidem in re amissa, secus tamen in amitta, vid. cit. l. 7. 9. pr. ff. de Jur. & fact. ign. Facti ignorantia vel est alieni vel proprii. In hoc qvi errat, excusationem non meretur, nisi de da- mno vitando sit qvæstio, ut si v. g. per errorem aliquis in- debitum solverit, l. 22. §. 1 de cond. indeb. Carpz. p. 2. Const. 28. def. 21. n. 5. ita non nocet error calculi, l. 47. §. 1. de pact. l. 7. de confess. Geil. L. 2. O. 48. n. 20. Si verò in facto alieno errave- rint,